

1320.  
IN NOMINE DOMINI AMEN. Cúm  
humane conditionis acta et opera per mobilitatem temporis et  
defluxum, in obliuionem & dubium ob debilem humanam memo-  
riam transeant sepiissime & mutentur, necessariú et perútile fo-  
re dinoscitur ut mansura facta hominum Instrumentarium  
et Testium minime phennentur, Igitur et ob hoc nos Eberhardus  
Misserator Diuina Warmiensis Ecclesie Episcopus, cupi-  
entes et ex toto cordis conamine affectantes terram Ecclesie  
nostre cui auctore Domino deseruimus, Imo per apostasiam  
indigenarum, postmodum uero nostris temporibus per insultu  
Lithuanorum infidelium grauiter, prohi dolor deuastatam et mi-  
nimam desolatam quantum in Nobis est et possumus reforma-  
re, statimq; eius et conditione, prout nobis ex alto pmittitur  
facere meliorem, nec uidentes, nec modum alium habentes, nisi  
quod homines ad solitudines et ad loca deserta denouo mitterentur,  
ac in ipsis hos que nobis et Ecclesie retroactis temporibus ser-  
uierunt fideliter libertatibus ac domis specialibus reseruamus,  
Notum facimus iuniter presentibus et futuris, presens In-  
strumentum uel Priuilegium respecturis, quod nos deliberatio-  
ne & tractatibus pluribus sup hoc cum Fratribus nostris sci-  
licet Ecclesie nostre Canonicis habitis sollempnibus, de ipsorum  
Canonicorum uoluntate comuni pte et consensu, pro commodo,  
utilitate et fructu nostre Ecclesie supra dictae Theodico et He-  
rico, filijs felicis recordationis Fratris nri Arnoldi, Foruimq;  
ueris utriusq; sexus hereditibus, ob eorum multa et fidelia serui-  
tia, nobis et Ecclesie nostre impensa sepiissime et in posterum  
facienda Tringinta masos infra metas et grantias quos inferius  
melius describemus, scias, de quibus ipsa Ecclesia paruum aut  
nullum habuit fructum cum omni utilitate inuentionibus,  
accipatio.

auicupationibus, piscationibus, et quolibet usu fructu cum iudicij ma-  
ioribus & minoribus, ad collum & ad manum se extendentibus cu-  
ture patronatus, Molendino et Taberno ibidem si possunt libere  
construendis. Cuius Culmen libere & in feodum contulimus spe-  
tuo possidendos. Sic tamen quod dicti Theodoricus et Henricus ip-  
sorūq; legitimi ut predicti heredes et successores deditis trigin-  
ta mansis nobis & Ecclesie nre cum uno Equo competenti et Viro  
leuib; Armis armato, hoc est cum Thorace uel Brumā, hasta  
Clypeo & Pilleo ferreo, pro terre defensione infra terminos nostre  
diocesis indagmes seruire debeant quicūq; pro necessitate Commu-  
ni terre super huiusmodi sume seruitijs requisiti, et sicut Eccle-  
sie nostre faciunt foedales de quolibet aratro unam Mensurā  
siliginis et aliam tritici, & de quolibet unco unam tritici qui in  
Mansu habita uel habiti sunt paxatis, insignum etiam recogni-  
tionis domini & libertatis unum talentum Cere diarium mar-  
carum ponderis, quod uulgariter marcuffitt dicit, et unum  
Colmensem denarium, uel pro ipso Sex Pruthemicales usuales mo-  
netę in festo S: Martini semp Nobis et Ecclesie nostre annis sin-  
gulis soluere teneant, de quibus tamen seruitijs omnib; supra dictis,  
a festo S: Martini nunc proximo affuturo usq; ad Sex Annos,  
quia loca sunt deserta et nemorosa, plena damus & concedimus  
libertate, uolentes igitur sepe dictos Theodoricum et Henricum he-  
redes eorum & subsidios, quos secum in decis bonis ipsos habere  
seu locare contigerit, fauore prosequi grato, ipsis, eorumq; succes-  
soribus ac legitimis heredibus, Piscandi in Lacu adiacenti dicto  
uulgariter Ruffeyn Perpetue cum paruis Instrumētis & rebus  
pro Coquina suis, liberamus damus & concedimus facultatem.  
Ne autem propter Grammas gades seu limites dubium in poste-  
rilm

rum fofit aliquod fuboriri, ipfas nominatim pon fecimus in hys  
fcriptis, Primo Videlicet incipiendum eſſe circa lacum Ruſſeyn  
nominatum, in ſuperiori parte iſtius lacus, & ab illo aſcendendum  
ad quandam Tagum ſtantiem iuxta quandam Vallem, et ab illa  
limatiter deſcendendum ad Gramham Geldicem protendendo  
limatiter ad gramham que eſt inter Geldicem & Surenkitten,  
de illis uero ad gramham que ſeparat gades Surenkitten et Kals-  
ſtem, poſt hec protendendo ad Capitale Gramicam de Calſtem &  
ab illa uerſus gramicam Ville Arnoldi et tunc reſcendendo ad la-  
cum predictum tangendo iſtum lacum prope gramham predictam Ar-  
noldi Ville que ibidem circa prefatum Lacum ſimiliter firmantur.  
Sic & ita quod inter prenominateſ gades ſeu limites quas proba-  
rum Virorum in preſentia ſignari mandauimus triginta manſy-  
ſlene & integre habeantur, et ut hec nra donatio collato, pro ubi-  
litate Eccleſie nre facta in eum firma & ſtabilis pſeruetur  
preſentes literas pmanus Dni Henrici nri tunc Cappellani ſcri-  
bi mandauimus noſtri ac Capituli noſtri Sigillis & ſubſcriptorum  
Teſtium nimirum roborari, uidelicet Dominis Iordano ppo,  
Hermanno Decano, Nicolao Cantore, Bertoldo Cuſtode, Henrico  
de Wogenap, Iohanne Plebano de Hollandia, Iohanne Plebano  
de Elbinga, Iohanne Nepote noſtro Canonicis Eccleſie noſtre  
ſeſe dicte, Fratre Butchero nro tunc aduocato, Iohanne Dobrim  
Williſone Sculteto de Wirmadicé, Conrado diuite, Eudul-  
pho de Elbingo, Goſuino, Martino de Kyl Ciuibus nre Ciui-  
tatis Braunſberg, et alijs Viris quam plurimis fide dignis.  
Actum in Caſtro Vrowenborch ubi ſedes noſtra eſt Katho-  
dralis Anno Domini Milleſimo Tricenteſimo Vigeſimo, V<sup>o</sup>  
Nonas Octobris.

